

tas reddidit, tres apud scriptores *descriptions* sese offerrunt. *Una* est corpore longo, tenui, stricto, flexili; tenuitatis tantae, ut ossa vertebrarum spinaeque quibus firmatur, carne non tecta, appareant. Caput ei depresso, ossibus multis constans. Oculi magni, rotundi, pupilla exigua ad branchias pinna utrinque unica ad notandum data; in prona parte villos habet ad caudam usque, in quos et cauda terminatur. Flammae modo cum natat movetur; inde nomen *Flambo* a Gallis accepit. Altera corpore est priori similis, eoque argenteo, ad tres interdum cubitos excrescit; branchiae ei, praeter quae ad pinnas, sub maxilla inferiore duae ruffae ejus coloris dorsi villi et cauda, maculae in parte prona purpureae, rotundae, certo spatio a se distantes. Ventri-

culus Magnus et longus. *Intestina* sine ullis gyris. Cor compressum, hepar ex albo rufescens. *Lien*, et *fel* adeo parva, ut ferme visum effugiant.

Tertia Falce nuncupatur, quod fal-
cem messoream referat. Est ulnam
longa, palmum lata, tota in gyrum
quibusdam veluti crenis ferrata, Ca-
pite deformi, ut simiam dicas oculis
magnis. In lateribus linea visitur
aspera; pinna in tergore unica, conti-
nua, subrubra, duae sub branchiis to-
tidemque sub sterno. *Polypi* modo
mollis est; et perfixus vel assus in
quoddam veluti gluten resolvitur.
Huc pertinet *Piscis*, quem *Iridem*
marinam non absone dixeris. Solis
quodammodo aristis et cute constat,
et rubro, amethystino, caeruleo et au-
reо colore variat; quin rectius quam
praecedens *Tenia falcata* dicetur.

CAPVT III.

De Pelagiis Cartilagineis.

ARTICVLVS I.

De Cartilagineis in genere.

Cartilaginei pisces dicuntur, qui pro dorfi spina spinea Cartilaginem habent. Graeci Χορδόναυγα olim dixerent; Aristoteles σελάχη et σελάχια pri-
mus, "a splendore cutis, ut testatur Galenus, qua noctu lucent, vocavit. Duo autem talium sunt genera. *Planum* unum, in quo alii aspera, alii laevi cute sunt praediti; alii si inis carent, quidam iis armantur; *Alterum longum* et *rotundum*, qui Galeno γαλεοὶ et γαλεώνυμοι, Aristoteli γαλεῖ, γαλεοεσθεῖ, aliquando et γαλεώδη, απὸ τῆς γαλῆς, id est, mustela terrestri, seu quod corporis similitudine eam referant, seu quod quae-
dam communia habeant, inter quae *je-
cur* adiposum, in oleum resolubile, di-
cuntur. Tribuitur hoc nomen et *Cani-
cularum* generi, quod ^b Aelianus se-
cundum et *varium*, Oppianus ^c ter-
tium ponit, utrumque in coeno volu-
tari, addit. Magnitudo etiam minorum
inter mares ultra cubitum. Spinam

rum variat. Plana parte inferiore su-
pinaque habent; oblongis in lateri-
bus adhaerent, et tegumenti loco
quinque habent foramina. Corpenta-
gonum, jecoris, et ejus gemini lobi sub-
stantia adipea, fel in jecore situm, ^d Arist.H.A.
appendices supra ventriculum ex-
tentes, Galeis propria sunt. Vulvae,
quas qui ova pariunt, in binos sinus
partitas, et sub praecordiorum septo
constitutas habent, ad avium natu-
ram vergunt; ad easdem in gravidis
veluti mammae albidae visuntur. Os
supina parte esse, non omnibus con-
venit, in extremo quaedam rostro ha-
bent; quibus ita situm est, cibum cor-
ripere, nisi conversi resupinentur, ne-
queunt; sic et piscium quos insectan-
tur saluti, et ipsorum commodo con-
suluit Natura. Immodica satietate isti
interirent; illi, dum morari sese con-
vertendo necunt, effugiant. Sexus
duplici dignoscitur nota. Maribus bi-
na quaedam circa excrementi ostium
propendent: minores iidem. Foemi-
nae majores, illis destituntur. *Locus*
cartilagineis mare est; sed alii in pe-
lago, alii in profundo coeno moran-
tur. Cum pariendi tempus intiat, va-
da et littora petunt.

Cibus

^a Plin. H.N.
l. 9. c. 24.

^b Aelian. H.
A. 1. c. 55.

^c Oppian.
Halieut. 1. 1.

v. 378.

^d Arist.H.A.
l. 1. c. 5. et 2.
c. 13.

Cartilagineam ^d branchias detectas,
quod cartilagine tegumenta earum
constent, pinas duplices et utrinque
quinas habere, nullo discreto adipe
carni ventrive adhaerescente pingue-
scere, ova ea specie, qua aves habe-
re, commune omnibus. *Locus* illo-